

26 aprile 1161

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 25. Diplomatico generale n. 468,01.

1162 aprile 26 stile pisano. Indizione 9. CORTA.

Note:

Pergamena in buono stato di conservazione. Inchiostro unico, scolorito in diversi punti. Scrittura di una stessa mano. Sul verso di mano del XIII sec.: «*Nelle confinie di de terra Fondemagni cum vinea quam comperavit Petrus de Osione per hospitalis de Stagno ab Henrico de Livurna*»; di mano del XVII sec.: «*S. Lorenzo alla Rivolta 26 aprile 1162*».

Regesto:

Enrico del fu Alcherio da Livorno e Gontilda sua moglie, figlia del fu Benencasa campanario, vendono allo spedale di san Leonardo di Stagno un pezzo di terra con vigna posto a Fondomagno, vicino alla chiesa di santa Giulia, di staiora 2 meno 2 panori, per il prezzo di 110 soldi di buoni denari.

Fatto in Kinzica, vicino alla chiesa di san Casciano.

Rogò Bernardo, notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo secundo, sexto Kalendas maii, indictione nona.

Manifesti sumus nos Henricus de Livurna, filius quondam Alcherii, et Gontilda, iugalis eius et filia quondam Benencase Campanarii, quia communiter et consentiente michi iascripto viro meo, ubi interesse videtur notitia Villani quondam item Villani, patru mei, et Pantonerii germani mei, a quibus secundum legem interrogata sum et cognita nullam pati violentiam, set pura et integra mea bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi domino Petro de Osione, ad onorem dei et ospitalis sancti Leonardi de Stagno, unam integram petiam de terra cum vinea super se, posita in loco qui dicitur Fondemagno, prope ecclesiam sancte Iulie, que tenet unum caput ab oriente in terra Roselmini Sancti Reguli, aliud vero caput cum uno latere ab aquilone in terra Tadii quondam Uguicionis Alberii, et aliud latus in terra Alberii quondam item Alberii; et est per mensuram stariora duo minus panora duo.

Predictam itaque integram petiam de terra cum vinea et omni sua pertinentia, qualiter ab omni parte circumdata et mensurata est per designata loca, cum inferioribus et superioribus suis seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua in integrum tibi eam, ut dictum est, vendimus et tradimus pro solidis centum decem bonorum denariorum, quos a te pro iascripto ospitali confitemur habuisse in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos predicti iugales vel aliqui nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere quesierimus per aliquod ingenium tibi iascripto Petro vel tuis successoribus et illis qui pro tempore erunt ad servitium predicti ospitalis aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus communiter et legitime consentientes componere vobis iascriptam nostram venditionem et traditionem pro predicto ospitali in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hanc cartulam Bernardum notarium apostolice sedis scribere rogavimus.

Actum in Kinthica, domo iascriptorum iugalium, prope ecclesia sancti Casiani.

Signa manuum iascriptorum iugalium, qui hanc venditionis cartulam communiter et legitime, ut dictum est, consentientes scribi rogaverunt.

Signa manuum predictorum Villani et Pantonerii, prescriptam Gontildam interrogantium.

Signa manuum Pandulfi quondam Manfredi Vernacii, Bonfilii quondam Ramundini Carelli, Petri quondam Villani, qui interfuerunt rogati testes, presente etiam ibi Petro Cigulo iascripti ospitalis.

Tunc predicti iugales, communiter et legaliter dato consensu, preceperunt Petro de Osione ut pro iamscripto ospitali in possessionem intret et insuper dederunt ei Petrum Cigolum ut illum in possessionem mittat.

(S) Ego Bernardus, apostolice sedis notarius, post traditam complevi et dedi.

26 luglio 1161

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 27. Diplomatico generale n. 470. 1162 luglio 26 stile pisano. Indizione 9. CORTA.

Regesto:

Rasca del fu Ugo di Gusmaro vende allo spedale di Stagno un pezzo di terra in Kinzica vicino al monastero di san Paolo a Ripa d'Arno della misura di scale 6, per il prezzo di 10 lire.

Fatto in Pisa.

Rogò Bernardo, notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo secundo, septimo Kalendas agusti, indictione nona.

Manifestus sum ego Rascha, filius quondam Ugonis Gusmarii, quia per hanc cartulam vendo et trado tibi Petro dicto Cigulo, ementi procuratorio nomine pro domino Petro de Osione, ospitalerio et rectori ospitalis beatissimi sancti Leonardi de Stagno, ad onorem dei et commodum ac meliorationem iascripti ospitalis, unam integram petiam de terra posita in Kinthica, prope monasterium sancti Pauli de Ripa Arni, que tenet unum caput a meridie in terra iascripti monasterii sancti Pauli, aliud vero caput in terra quam michi reservo, latus autem unum ab oriente in terra ospitalis sancti Leonardi, aliud vero latus in terra Albertini de Diana; et est per mensuram ad iustam pertikam mensurariam, communi concordia mensurata et terminata, scale sex.

Predictam itaque integram petiam de terra, cum omni sua pertinentia, qualiter ab omni parte circumdata et mensurata est per designata loca, cum inferioribus et superioribus suis seu cum[finibus et ingre]ssibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua in integrum tibi eam, ut [dictum est supra], vendo et trado pro libris decem bonorum denariorum, quas a iascripto domino Petro de Osione pro predicto ospitali confiteor habuisse in prefinito.

Quam meam venditionem et traditionem, si ego predictus Rascha vel aliqui mei heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere aut subtrahere seu impedire quesierimus per aliquod ingenium tibi iascripto Petro Cigulo vel domino Petro de Osione sive illis rectoribus, qui pro tempore fuerint in iascripto ospitali, aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego predictus Rascha una cum meis heredibus componere vobis predictis et illis qui pro tempore fuerint in iascripto ospitali aut cui vos dederitis vel habere decreveritis iascriptam meam venditionem et traditionem in duplo in ferquido loco, sub estimatione qualiter tunc fuerit.

Et in tali ordine hanc venditionis cartulam Bernardum notarium apostolice sedis scribere rogavi.

Actum Pisis iuxta domum iascripti Rasche.

Signum manus iascripti Rasche, qui hanc venditionis cartulam scribi rogavit, presente Bella uxore sua, cui iascriptam venditionem placuit atque firmavit.

Signa manuum Uguicionis Furachii quondam Uberti, Bernardi quondam Tegrimi, Iohannis quondam Ponthi, Saraceni quondam Viviani, Petri quondam Bernardi, qui omnes a iascripto Rascha testes rogati interfuerunt.

Tunc in testimonio omnium iascriptorum, predictus Rascha confessus est quod miserat iamdictum dominum Petrum de Osione pro iascripto ospitali in possessionem et iterum precepit prefato Petro Cigulo ut corporaliter pro prefato ospitali in possessionem predicte terre intraret.

(S) Ego Bernardus, apostolice sedis notarius, post traditam complevi et dedi.

25 marzo 1162

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 28. Diplomatico generale n. 473.
1163 marzo 25 stile pisano. Indizione 10. CORTA.

Regesto:

Buito del fu Lamberto vende allo spedale di Stagno un pezzo di terra posto in Ripa d'Arno vicino al detto spedale e non lontano dal monastero di san Paolo, della misura di 1 scala e mezza, al prezzo di 6 lire e 18 soldi di buoni denari.

Fatto nella curia dello spedale di Ripa d'Arno.

Rogò Bernardo, notaio della sede apostolica.

Originale:

In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo tertio, octavo Kalendas aprilis, die videlicet annunciationis sancte Marie, indictione decima.

Manifestus sum ego Buitus filius quondam Lamberti quia per hanc cartulam vendo et trado tibi domino Petro, rectori ospitalis beatissimi sancti Leonardi de Stagno, ementi ad honorem dei et prescripti ospitalis, unam integram petiam de terra posita in Ripa Arni, iuxta iamscriptum ospitale et non longe a monasterio sancti Pauli, que tenet unum caput ab occidente in terra filiorum quondam Rainolfi, aliud vero in terra iamscripti ospitalis, latus autem unum ab aquilone coheret terre et dimidio muro Uguicionis quondam Iusti de la Vectula, aliud vero latus terre iamscripti ospitalis; et est per mensuram ad iustam perticam mensuratorem scala una et dimidia.

Predictam itaque integram petiam de terra cum medietate muri ab aquilone et omni sua pertinentia, qualiter ab omni parte circumdata et mensurata est per designata loca, cum inferioribus et superioribus suis seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua, in integram eam pro iamscripto ospitali pauperum vendo et trado pro libris sex et solidis decem et octo bonorum denariorum, quos a te pro predicto ospitali habuisse confiteor in prefinito.

Quam meam venditionem et traditionem, si ego predictus Buitus vel aliqui mei heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere aut subtrahere seu impedire quesierimus per aliquod ingenium tibi iamscripto domino Petro vel tuis successoribus et predicti ospitalis rectoribus aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo me meosque heredes eam tibi pro iamscripto ospitali et tuis successoribus et predicti ospitalis rectoribus aut cui vos dederitis vel habere decreveritis in consimili loco, sub estimatione qualiter tunc fuerit, in duplum composituros.

Et in tali ordine hanc venditionis cartulam Bernardum notarium apostolice sedis scribere rogavi.

Actum in curia iamscripti ospitalis de Ripa Arni.

Signum manus iamscripti Buiti qui hanc venditionis cartulam scribi rogavit.

Signa manuum Gerardi Ferrarii de Burgo quondam Angeli, Homodei quondam Iohannis de Potho, Uguicionis quondam Petri, Ildebrandi quondam Bernardi Gothi Longi, Petri del Prete, qui omnes a iamscripto Buito testes rogati interfuerunt, presente etiam ibi Petro dicto Cigulo confratre ipsius Petri de Osione.

Tunc predictus Buitus in testimonio iamscriptorum misit eundem Petrum pro ospitali corporaliter in possessionem.

(S) Ego Bernardus, apostolice sedis notarius, post traditam complevi et dedi.

1 agosto 1163

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 32. Diplomatico generale n. 489. 1164 agosto 11 stile pisano. Indizione 11. CORTA.

Regesto:

Bandino del fu Bernardo e Mingarda sua moglie figlia del fu Bruno offrono allo spedale di Stagno e per esso a Pietro rettore la metà di uno staioro di terra con pergola posta nella villa di Cirilliano vicino alla chiesa di san Quirico.

Fatto nella villa di Cirilliano

Rogò Boninsegna notaio e tabellione dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo quarto, indictione undecima, tertio Idus augusti.

Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod nos Bandinus quondam Bernardi et Mingarda uxor eius, quondam Bruni, comuniter michique consentiente predicto viro meo, sub legitima notitia et interrogatione Bonimsigne iudicis et a me facta responsione, per hanc cartulam pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum oferimus, damus et tradimus omnipotenti deo et hospitali de Stagno et tibi domino Petro eiusdem loci rectori, recipienti pro ipso hospitale, medietatem unius stariori de terra cum pergula ibi inserta, posita in villa Ciriliani, prope ecclesiam sancti Quirici, cuius unum caput vie publice iungitur, unum latus terre sancti Pauli de Ripa Arni, aliut caput cum alio latere terre nostre quam nobis reservamus, ut de cetero iamdicta terra cum omni iure et actione et hedificiis eius in integrum sit et permaneat in dominio et potestate predicti hospitalis et tue iascripti domini Petri de Oscione, eiusdem loci rectoris, iure proprietario et oblationis titulo.

Quam nostram oblationem, dationem et traditionem, si nos predicti iugales vel nostri heredes sive aliquis cui nos eam dedissemus aut dederimus vel a nobis summissus quolibet modo retollere aut impedire quesierimus predicto hospitali et tibi prenominato domino Petro tuisque successoribus et ipsius hospitalis pro tempore rectoribus et omnibus quibuscumque eam pro ipso hospitale habere statueritis, et si nos exinde actores dare volueritis et eam vobis ab omnibus defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos predicti iugales nostrosque heredes composituros iamdicto hospitali et tibi domino Petro tuisque successoribus et ipsius hospitalis pro tempore rectoribus et cui pro eodem hospitale habere statueritis iascriptam nostram oblationem, dationem et traditionem in duplum in consimili loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et taliter hanc cartulam Bonuminsignam iudicem et notarium scribere rogavimus.

Actum in villa Ciriliani, ante domum predictorum iugalium.

Signa manuum iascriptorum iugalium qui hanc cartulam fieri rogaverunt.

Signa manuum Rainerii quondam Bernardi, Tacce quondam Ugonis, Viviani quondam Gratiani, Arduvini quindam Ranucini, Guidonis quondam Banduccii, qui fuerunt ad hec rogati testes.

Postea vero incontinenti predictus Bandinus misit dominum Petrum de Oscione in possessionem terre in presentia suprascriptorum testium et me Boneinsigna iudice presente.

(S) Ego Bonusinsigna, domni Frederigi Romanorum imperatoris ordinarius iudex et tabelio, post traditam complevi et dedi.

11-20 agosto 1164

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 38. Diplomatico generale n. 505. 1165 agosto 11 stile pisano. Indizione 12. LUNGA.

Note:

Pergamena in buono stato di conservazione, con un foro sul margine superiore. Inchiostro unico. Sul verso di mano del XIII secolo: «*San Lorenzo alla Rivolta 11 agosto 1165 confine de Livorna*».

Regesto:

Il conte Ranieri del fu Malaparuta e Giulia sua moglie figlia di Giaferro donano a Pietro de Osione, rettore dell'ospedale di Stagno, che riceve per il suddetto spedale, un pezzo di terra campestre posto nella curia di Livorno in luogo detto Cerascio, per un anello d'oro.

Fatto in Chinzica.

Poi il 20 agosto il conte Ranieri consegna a Pietro da Oscione il possesso della detta terra.

Rogò Boninsegna, notaio dell'imperatore Federico.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Ann[o ab incarnation]e eius millesimo centesimo sexagesimo quinto, indictione duodecima, tertio Idus agusti.

Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod nos Rainerius comes quondam Malaparute comitis et Giulia, uxor eius et filia Giaferri, comuniter sub legitima notitia¹ et interrogatione Boniinsigne iudicis michique consetiente predicto viro meo, per hanc cartulam offerimus, damus et inrevocabili inter vivos donatione donamus et tradimus omnipotenti deo et hospitali de Stagno et tibi Petro de Ausione, eiusdem hospitalis rectori, recipienti pro ipso hospitali, unam integram petiam de terra campestri, positam in curia Livurne in loco qui dicitur Cerascio, que retinetur a Barone et Arnolfo, cuius unum caput vie publice coeret, aliut vineis de Marca, unum vero latus terre Villani quondam Baronis et Fasianensium et Finochingorum iungitur, aliut terre Ugonis comitis quondam Malaparute, et est per mensuram *****², ut de cetero predicte terre petia in integrum cum omni iure et actione et hedificiis eius sit et permaneat in dominio et potestate iamdicti hospitalis et tue, iamscripti Petri, eiusdem loci rectoris, iure proprietario et oblationis et inrevocabilis inter vivos donationis titulo.

Unde meritum a te Petro anulum unum de auro recipimus.

Quam nostram oblationem, donationem et traditionem, si nos predicti iugales vel nostri heredes sive aliquis cui nos eam dedissemus aut dederimus vel a nobis summissus quolibet modo retollere aut impedire quesierimus predicto hospitali et tibi iamscripto domino Petro tuisque sucessoribus et ipsius hospitalis pro tempore rectoribus et omnibus quibuscumque eam pro iamdicto hospitali habere statueritis, et si nos exinde actores dare volueritis et eam vobis ab omnibus defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos predicti iugales et nostros heredes solemni stipulatione interposita composituros predicto hospitali et tibi domino Petro tuisque successoribus et eiusdem hospitalis pro tempore rectoribus et cui habere statueritis iamscriptam nostram donationem, oblationem et traditionem in duplo in consimili loco, sub estimatione qualiter tunc fuerit.

Et taliter hanc cartulam Bonuminsignam iudicem et notarium scribere rogavimus.

Actum est hoc in Chitica, in domo iamscriptorum iugalium.

Signa manuum predictorum iugalium qui hanc cartulam fieri rogaverunt.

Signa manuum Bernardi quondam Leonis, Guiscardi quondam Cecii, Lupi quondam Bellandi, Ugonis quondam Guidonis, Leonis quondam Cofinelli, qui interfuerunt ad hec rogati testes.

Post hec eodem anno et eadem indictione, tertio decimo Kalendas setembris, in presentia et testimonio Guiscardi quondam Cecii, Grunei quondam Rustici Mathacurta, Sismundi quondam

¹ notita.

² Spazio vuoto di circa 50 caratteri. A metà di tale spazio è scritto di mano del XIV sec. Suore Lorensa.

Beneincase de Parrana, Bellicionis quondam Viviani, Rainerius comes tradidit domino Petro de Ausione possessionem iamscripte terre.

(S) Ego Bonusinsigna, domni Frederigi Romanorum imperatoris ordinarius iudex et tabelio, post traditam complevi et dedi.

10 - 13 febbraio 1166

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 40. Diplomatico generale n. 510. 1166 febbraio 10 stile pisano=stile comune. Indizione 14. CORTA.

Regesto:

Conte del fu Ugo, Ugolino Rosso suo figlio e Bella moglie di Ugolino e figlia del fu Gruneo vendono allo spedale di Stagno e per esso a Pietro Cigolo, converso, un pezzo di terra con vigna posto nel luogo detto San Martino, vicino alla chiesa di san Paolo in Largentha, della misura di 39 staiora, per il prezzo di 35 soldi di moneta o pisana o lucchese per ciascuno staioro.

Fatto in Kinzica.

Rogò Boninsegna giudice e notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo sexto, indictione quartadecima, quarto Idus februarii.

Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod nos Conte quondam Ugonis et Ugolinus Rossus eius filius ac Bella, Ugolini uxor, filia quondam Grunei, communiter michique Belle consentiente predicto viro meo, sub legitima notitia¹ et interrogatione Boniinsigne iudicis, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro Cigulo, converso hospitalis de Stagno, ementi pro predicto hospitali ad honorem dei et pauperum utilitatem et pro domino Petro de Oscione, eiusdem hospitalis rectori, procuratorio nomine, unam integram petiam de terra in qua est vinea, posita in loco Sancto Martino vocato, prope ecclesiam sancti Pauli de Largentha, cuius unum caput vie publice coeret, aliut terre plebis sancti Pauli in Largentha et consortium eius, unum vero latus terre de Marca iungitur, aliut terre de Marca et terre Petri quondam Alcherii; et est per mensuram stariora triginta novem ad iustam mensuram; ut de cetero predicta terre petia cum vinea super eam hedificata in integrum cum omni iure et actione hedificiisque eius sit et permaneat in dominio et potestate predicti hospitalis et domini Petri de Auscione eiusque successorum ad honorem dei et pauperum commodum, iure proprietario et emptionis titulo.

Pro qua confitemur nos ² pretium bonorum denariorum Pisis vel Luce factorum solidi vigintiquinque pro unoquoque starioro a te Petro Cigulo recepisse.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos prescripti venditores vel nostri heredes sive aliquis cui nos eam dedissemus aut dederimus vel a nobis summissus quolibet modo retollere aut impedire quesierimus iamdicto hospitali vel domino Petro de Oscione, eiusdem loci rectori, aut in eodem hospitali eius successoribus sive tibi Petro Cigulo ementi, et si nos exinde actores dare voluerint et eam eis ab omnibus defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos predicti venditores nostrosque heredes tibi Petro Cigulo et predicto hospitali et domino Petro de Oscione, eiusdem loci rectori, eiusque successoribus et cui dederint aut habere statuerint iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in consimili loco, sub estimatione qualis tunc fuerit, stipulatione composituros.

Et taliter hanc cartulam Bonuminsignam iudicem et notarium scribere rogavimus.

Actum in Chitica hoc in domo Grunei de Gavignolo.

Signa manuum iamscriptorum venditorum qui hanc cartulam fieri rogaverunt.

Signa manuum Glandulfi et Guiscardi germanorum quondam Cecii, Villani quondam Ugonis, Lupi quondam Bellandi, qui ad hec fuerunt rogati testes.

Post hec autem prenomatus Conte venditor, tertia die post venditionem factam iamscripte terre, me Boneinsigna iudice vidente induxit Petrum Cigolum et Balordum in possessionem iamdicte petie terre, in presentia et testimonio Contulini quondam Ugonis, Enrigetti filii Petri de Oscione, Raimundi quondam Gerardi de Salviano, Stefani conversi sancti Frediani de Pisa.

¹ notia.

² a te cancellato tramite sottolineatura.

(S) Ego Bonusinsigna, domini Frederici Romanorum imperatoris ordinarius iudex et tabellio, prost
traditam complevi et dedi.

18 aprile 1167

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 43. Diplomatico generale n. 524.
1168 aprile 18 stile pisano. Induzione 15. CORTA.

Regesto:

Ildebrando del fu Bernardino e Mingarda sua moglie, figlia del fu Bruno, vendono a Pietro Cigulino, che agisce a nome di Pietro de Oscione, per lo spedale di san Leonardo di Stagno, due staiori di terra con vigna posti in Cirigliano in luogo detto Ortale, al prezzo di 6 lire, 17 soldi e 4 denari.

Fatto in Cirigliano.

Rogò Ugo notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo octavo, quartodecimo Kalendas maii, indictione quintadecima.

Manifesti sumus nos Ildebrandus quondam Bernardini et Mingarda iugale eius et filia quondam Bruni, quia consentiente michi que super Mingarde viro meo, sub notitia et interrogatione secundum legem videlicet Lamberti et Bernardi germani, filii meis que super Mingarde, videlicet nulla incidente violentia set pura et bona voluntate secundum edicti paginam, communiter et consentientes per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro Cigulino, recipienti pro Petro de Oscione rectore hospitalis sancti Leonardi de Stagno, ad partem et utilitatem eiusdem ospitalis, duo stariora ad iusta seminata de una petia de terra cum vinea super se habentes; est posita in Cirigliano, ubi dicitur Ortale, que tenet unum caput in via, et aliut caput tenet in terra Rainerii quondam Bernardi, latus unum tenet in terra sancti Pauli, et aliut latus tenet in terra nostra qui super iugales.

Predicti vero stariora duo ad iusta seminata de predicta petia de terra cum vinea et arbores super se habentes, qualiter ab omni parte circumdata est per desingnata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus¹ suis seo cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et actione² et proprietate sua tibi eam ut dictum est vendimus et tradimus pro pretio bonorum denariorum libras sex et solidos decem et septem et denarios quatuor, quas a te qui super Petro Cigulino accepisse confitemur vice predicti Petri rectore iamscripti ospitalis in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos qui supra iugales vel nostris heredibus sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere quesierimus per aliquod ingenium tibi qui super Petro et tuis supcessoribus aut cui vos eam dederitis ex parte predicti ospitalis vel habere decreveritis, et eam vobis si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos vobis una cum nostri heredibus componere iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquido loco, sub extimatione qualiter tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Ugonem notarium apostolice sedis.

Et preceperunt predicto Cigulino ut in suo nomine possessionem intret vice predicti Petri et postea predicti Ildebrandi misit eum in possessionem coram testium qui subtus leguntur.

Hactum iamscripti Cirigliano prope ecclesia sancti Quilici.

Signa + manuum iamscriptorum iugalium, communiter et consentientes, qui hanc cartulam fieri rogaverunt.

Signa + manuum iamscriptorum germanorum qui predictae Mingarde interrogaverunt.

Signa + manuum Rustici quondam Burnecti et Tache quondam Ugonis et Rignoni quondam Donathani et Amichi quondam Gualtieri et Raineri quondam Bernardi, testium.

(S) Ego Ugo, notarius apostolice sedis, post traditam complevi et dedi.

¹ et superioribus *ripetuto*.

² et cum omni iure et actione *ripetuto*.

3 settembre 1167

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 44. Diplomatico generale n. 528.
1168 settembre 3 stile pisano. Indizione 15. CORTA.

Regesto:

Gerardo detto Giratto del fu Vitale Cavatorta da Visignano dona a Ferramosca del fu Pietro, che riceve per conto dello spedale di Stagno, due pezzi di terra posti nei confini della chiesa di san Giusto a Visignano.

Fatto in Cirigliano.

Rogò Ughiccione notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo octavo, indictione quintadecima, tertio Nonus septembris.

Manifestus sum ego Gerardus qui Giracto vocatur quondam Vitalis Cavatorta de Visignano quia, pro remedio anime mee et genitoris et genitricis mee et meorum parentum, per hanc cartulam dono et offero tibi Ferramosca quondam Petri, recipienti pro te et Petro de Stagno et nominatur de Uscione, ad opus ospitalis sancti Leonardi de predicto Stagnio, duas petias integras de terra, posita in confinibus ecclesie sancti Iusti de iamscripto Visignano, et unam archam.

Prima petia est sedio, cum casa et orto et aia supra se, que tenet unum caput in terra Bernarduci quondam Guidonis Codecti, et aliud caput in terra Gualandelli quondam Ugonis Bustaldi, et unum latus tenet in via publica, et aliud latus in terra Brunicardi quondam Gerardi Miliocte; et est iamscripta petiam panora quatuordecim et si plus.

Secunda petia ubi dicitur Lama, et tenet unum caput in strada publica, et aliud caput in terra Gerardi quondam Gerardi Comitibus, et unum latus tenet in terra Baruci quondam Iohannis Leuli Dardi, et aliud latus in terra Boctacci de Pisa quondam Bernardi; et est panora triginta duo et si plus inventa fuerit; et est laboratoria.

Predictas duas integras petias de terra et unam arcam, qualiter ab omni parte circumdata est per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua, sicut dictum est, dono et offero. Pro merito mastrucas conilii in prefinito.

Quam meam donationem et offertionem, si ego qui super Gerardus qui Giracto vocatur vel mei heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere quesierimus per aliquod ingenium vobis qui super Ferramosca et Petro vel vestris successoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde acutores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos vobis per solepnem stipulationem componere iamscriptam meam donationem et offertionem in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavi Uguicionem notarium donni imperatoris Frederigi.

Et sic corporaliter in possessionem eum misit.

Actum a Ciriliano in curia Bandini Scocti.

Signa ++ manus iamscripti Gerardi qui Giracto vocatur, qui hanc cartulam fieri rogavit.

Signa ++ manus Raffaionis filii Boni de Gello et Bandini quondam Scocti quondam Bernardini et Ardovini quondam Raneri et Baruci quondam Iohannis Leuli Dardi, testium.

(S) Ego Uguicio, notarius donni imperatoris Frederigi, post traditam complevi et dedi.

16 maggio 1168

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 47. Diplomatico generale n. 531. 1169 maggio 16 stile pisano. Indizione 1. CORTA.

Regesto:

Galgano del fu Ranieri, Tedora sua moglie e figlia di Vassallo e Daina madre di detto Galgano figlia di Guido vendono a Bandino del fu Gerardo una casa con ogni suo edificio che hanno in feudo dall'arcivescovo di Pisa, posta nel borgo di Nugola, al prezzo di 7 lire di moneta lucchese o pisana.

Fatto nel borgo di Nugola presso la chiesa di san Firenze.

Rogò Grancio notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo sexagesimo nono, septimodecimo Kalendas iunii, indictione prima.

Manifesti sumus nos Galganus quondam Rainieri et Tedora iugalis eius et filia quondam Vassalli et Daina relicta Rainieri et mater tua qui super Galganus et filia quondam Guidonis, quia communiter et consentientes nobis iamscripto viro et mundualdo meo, ubi secundum legem interesse videtur notitia duorum prosimorum parentum, nomina eorum Gusmarotto quondam Guidonis et Arigo quondam Morelli a quibus secundum legem interrogata et cognita sum nulla pati violentia set pura integra mea bona voluntas sequenter etdicti paginam, communiter et legaliter dato consensu, per hanc cartulam venundamus et tradimus tibi Bandino quondam Gherardi unam domum cum muris et cum omni suo edificio et cum iure et hactione et omni proprietate terre illius in qua est fundata, quam habemus pro feodo ab archiepiscopo Pisano et, ut¹ soliti sumus, ei obedire debemus predicto archiepiscopo.

Predicta vero terra cum domo super se abente est posita in burgo de Nuvila, et tenet unum caput ***** et alio caput in terra tua qui super Bandino, et latus unum tenet in terra di Villano quondam Gherardi Pisani, et alio latus in via; et est per mensuram ad iustam perticam mensurata *****.

Predicta domum cum iure et omni proprietate terre illius in qua est fundata, qualiter ab omni parte circumdata est per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis vobis eam, ut dictum est, venundamus et tradimus.

Pro qua a te pretium recepimus libras settem monete Lucensis vel Pisane in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos qui super Galganus et Tedora uxor eius et Daina genitrix eius vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere² vel minuere quesierimus per alico ingenium tibi qui super Bandino vel tuis heredes aut cui³ vos dederitis vel abere decreveritis, et si nobis inde actores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos vobis componere iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquide loco, sub extimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hanc cartula scribere rogavimus Grancius notarius apostolice sedis.

Actum in burgo Nuvilensi prope ecclesia sancti Florentii.

Signa manuum iamscripti Galgani et Tedora uxor eius et Daina genitris et mundualda mea, qui hanc cartulam fieri rogaverunt.

Signa manum predicti Gusmarotti et Arigetto interfuerunt.

Signa manum Diutisalvi quondam Ugonis et Buonaccorso ***** et Guiducciu quondam Gherardi, testium.

(S) Grancius, notarius apostolice sedis, postraditam complevi et dedi.

¹ ust.

² aggiunge tol.

³ cuin.

Et promissio ad defendendum qui per manum tenet ad penam arienti optimi libras quattuordecim a
iamscriptum datare, meritum et testes adque indictio.

1 agosto 1168

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 49. Diplomatico generale n. 534. 1169 agosto 1 stile pisano. Indizione 1. CORTA.

Regesto:

Conetto del fu altro Conetto, Pipino e Sermondino suoi figli, donano allo spedale di san Leonardo di Stagno due pezzi di terra posti nei confini della chiesa di san Iacopo di Sambra nel luogo detto Corticella, il primo in luogo detto Carpinello, l'altro in Giuncheta.

Per merito di quasta donazione ricevono un mantello.

Fatto in Pisa.

Rogò Uguccione notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo sexagesimo nono, indictione prima, ipso die Kalendarum agusti.

Manifesti sumus nos Conectus filius quondam Conecti et Pipinus et Sermondinus germani filii suprascripti Conecti quia, consentiente nobis iamscripto patre nostro, per hanc cartulam, pro remedio anime Sermondi germanis iamscripti Conecti et genitore et genitricis sue et parentum suorum, donamus et tradimus tibi Petro Cigulo, recipienti procuratorio nomine pro domino Petro de Uscione, ad opus ospitalis sancti Leunardi de Stagno, duas integras petias de terra laboratoria, posita in confinibus ecclesie sancti Iacobi de Sanbra et nominatur Corticelle.

Prima petia ubi dicitur Carpinello, que nobis ambobus petias evenit per comutationem ad Nero Verandi, que tenet unum caput ab aquilone in terra Pipini Gatablance, et aliud caput in terra Cocki de Pisa et unum latus ab occidente tenet in terra filiorum germanorum quondam Tache, et aliud latus in terra filiabus quondam Doni; et est per mensuram stariora duo.

Secunda petia ubi dicitur Iunketa, et tenet unum caput ab aquilone in terra filiorum quondam Beritii cum uno latere, et aliud caput in terra Fascianenses, et aliud latus ab occidente in terra nostra reservamus; et est stariorum unum.

Predictas duas integras petias, qualiter ab omni parte circumdata est per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua vobis ut dictum est donamus et tradimus.

Pro qua nostra donatione et traditione recepimus a te meritum mantellum in prefinito.

Quam nostram donationem et traditionem, si nos qui super Conectus et germani vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere quesierimus per aliquod ingenium vobis qui super Petro Cigulo et Petro de Oscione vel vestris rectoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde acutores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos vobis per solepnem stipulationem componere iamscriptam nostram donationem in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Uguicionem notarium donni imperatoris Frederigi.

Actum Pisis in curia iamscriptorum Conecti et filii sui.

Et sic dederunt ei Petrus Manuca, castaldioni predicti Conecti, ut Bandinus quondam Bernardini pro predicto Petro de Uscione corporaliter in possessionem mitat et me presente Uguicione notario et teste supter leguntur vidi in possessione inmittere.

Signa ++ manus iamscriptorum Conecti et filii sui, qui hanc cartulam consentientes fieri rogaverunt.

Signa ++ manus Ardovini de Ciriliano quondam Ranucini et Amici quondam Gualteri, testium.

(S) Ego Uguicio, notarius donni imperatoris Frederici, post traditam complevi et dedi.